UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist: Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd Zauberische Personen verfahren soll

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

III. An Sagæ seu Lamiæ realiter & verè pactum cum Dæmone ineant, ac Venerem exerceant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64982

Visual Library

quam enim evigilarunt recordantes eorum, quæ in ſomnis egerant, putantes ea verè & corporaliter à ſe geſta, ratificant pactum & cultum Dæmoni exhibitum, foventque etiam pertinaciter voluntatem ad ſimiles conventus revertendi & faciendi quæcunque arbitrantur ſe illic commiſiſſe, *idololatriam, Sodomiam*, &c.

Quare vel eo nomine, licet hæc nequam voluntas & opinio ex deluſione naſceretur graviter puniendæ, ut optime ratiocinatur *Delrio d. loco.* Confer quæ in in quæſt. ſeq. dicuntur.

## QUÆSTIO III.

### *An Sagæ ſeu Lamiæ realiter & verè pactum cum Dæmone ineant, ac Venerem exerceant?*

IN Confeſſionibus Sagarum ad hoc præſertim reſpiciendum eſt, an quæ fatentur *impoſſibilia* ſint, vel ſaltem *improbabilia* videantur: ſi ea quæ fatentur ſint ipſis Dęmonibus non poſſibilia, quoad hęc mentiuntur ac confeſsionibus illarum fides

des habenda non eſt, etenim quæ non poſſunt Angeli & Dæmones, neque Magi Veneficæq;, eorum ope efficere poſſunt; quod fundamentum ad quæſtion. decidendã apprimè neceſſarium, *Maxima*, & eſt hæc omnium Philoſophantium quæ & approbatur à tota Theologorum ſchola, quam egregiè explicat & exemplis illuſtrat Delrio *lib. 2. diſquiſ. Magic. q. 17. & ſeqq. & Raphael de la Torre de poteſt. Eccleſiæ coercendi Dæmones circa obſeſſos & maleficatos. tract. 2. diſp. 4. per tot.*

Quare ſtriges mentiuntur, quæ confitentur ſe *in forma cati*, aut *muſtellæ, per rimulam* durch das Riemenloch / ſeu etiam foribus clauſis cameram fuiſſe ingreſſas, ſiquidem non poſſunt Dæmones quantitatem corporum ſic mutare, ut penetratio partium ſequatur; quod probatur ex doctrina *Philoſophorum*, dicentium ſecundum naturæ ordinem non poſſe eſſe partium, aut corporalium dimenſionum penetrationem.

Sic nequeunt Dæmones, ac per conſequens neq; Magi eorum ope, corpora

per-

perfectæ alicujus ſpeciei in aliam ſpeciẽ transformare, de quo doctè *Delrio dicto l. 2. diſq. Magic. q. 17. 18. & ſeqq. Raphael de la Torre. d. loc.* qui tamen obſervandum monent, etſi ipſa quidem transformatio deluſoria ſit, multos tamen eam comitantes effectus eſſe veriſſimos, ſic homines inveniri læſos in membris, quibus illatũ lupo vel catto vulnus, vnnd ob wol der Teuffel creaturam Dei nicht transformiren vnd mutiren kan / ſo kan er ſie doch mit einer andern Geſtalt bekleiden / verſtellen vnd verblenden / atque hinc homines ipſi ſub tali forma revera læduntur; quod exemplis illuſtrat *Delrio. d. lib. 2. q. 18.*

Cæterum quid ſi Dæmoni poſſibilia ſint, quæ fatentur, attamen *improbabilia* prorſus videantur? Hic iam ſupra in proœmio monui, quodammodo Philoſophiã tollere, qui rebus mirabilibus fidem non habent; neq; ex propriis ea quæ de aliis dicuntur, judicare, nec an aliquid credibile vel incredibile ſit, id ex propriis viribus metiri oportet, *Helicarnaſſ. l. 5. antiquit.* neq; ſtatim iſta quæ ab aliis facta narrantur,

tur, quia nos ea non vidimus, neq; rationem aſſequimur, ex iis eſſe, quæ fieri non potuerint, judicare debemus; quod denuo hic monendum putaui: de *improbabilibus* itaq; eſt quæſtio.

Et quod *realiter* & *verè* pactum cum Diabolo Sagæ ineant, ex *ICtis* & *Theologis Proteſtantibus* fermè omnes agnoſcunt, teſte Meiſnero. *in phil. ſobr. part. 3. ſect. 2. c. 6. q fin. verſ. verum noſtri Theologi*: Hottoman. *conſil.* 98. Bodin. *lib. de Dæmon.* Lamb. Danæus *dialog. de ſortiariis.* & plurimi alii ſcriptores Catholici quos ordine memorat ac allegat Delr. *d. tr. diſq Magic. lib.* 5. *ſect.* 16. *lit. VV.* adde plures apud Farinac. *tract. de hæreſi q.* 181. §. 1. *n.* 34. ubi ipſe docet *hæreticale* eſſe, pacta aliqua facere cum Dæmone, imò & hoc ſapere manifeſtam *hæreſim.*

Et omnino vide etiam Binsfeldium *de confeſſ. Malefic. præluд. 6. per tot.* ubi latè ponit materiam pacti *expreſſi* vel *taciti* cum Dæmone initi; etenim hoc pactum cum Dæmone quandoq; fieri *tacitè*, & quandoque *expreßè*, latiſſimè oſtendit Delrio

*d. tr.*

*d tract. lib.* 2. *q.* 4. & ibi per exempla id declarat.

Sufficit itaq; ad auctores illos remiſiſſe, ac ita oſtendiſſe, quoad pacti huius realitatem ac veritatem inter Catholicos Doctores at Proteſtantes diſſidium haud eſſe, ac mihi conſtat ex Actis à vicina Republ. noſtræ facultati transmiſſis, veneficam quandam fuiſſe confeſſam, Sie hette einmahln puellæ N. N. ein Buhlen in jhrem Hauſe zu geführet/ vnd jhr denſelben freyen wollen/ vnd als das Mägdlein vngefehr geantwortet/ ey Jeſu der Geſelle iſt mir viel zu ſtattlich/ &c. Diabolum ſtatim ad nomen Jesu evanuiſſe, ſey zum Fenſter hinauß geflogen vnd habe ein Glaßruthen mitgenommen/ veneficam verò rogaſſe ac muneribus ſibi puellam hanc cōciliaſſe, ne factum deferret, attamen cum juſto Dei judicio poſt aliquod tempus in alias veneficas inquiſitio inſtitueretur, ac illæ veneficam hanc denunciarent, hæc capta, factum iſtud confeſſa fuit, quod & puella N. N. verè ſic accidiſſe confirmavit.

Venerium quidem coitum cum Diabolo, refert inter impoſſibilia. *Godelm. d. l.3.c.*11. quod ſequi videtur Meiſner. *d. loc.* & actum hunc Venerium negant Fichard. *d. conſ.*112. Wierus *&* W*ieriani alii*, ita ut inter *Proteſtantes* pars iſta negativa *communior ſit.*

Atq; hinc ait Fichard. *in d. conſil.* contrariam ſententiam ſolis *Inquiſitoribus* & Papatui addictis, *ut ille loquitur*, placere, in quo tamen vel errat vel manifeſtè calumniatur, ſiquidem hunc actum Venerium affirmant quoque Lamb. Danæus *dialog. de ſortiariis.* Joh. Bodin. *de Dæmon.* Hottoman. *conſil.* 98. & ipſemet *Doctor Lutherus* in convivialibus.

Unde & iracundè nimis Auguſtinus Lerchemeier apud Dedekennum *tomo.* 2. *Theſauri conſiliorum. tit.* von Zauberey / *nu.* 10. dum ita loquitur: Ich könte hie tapffere hochverſtändige Männer anziehen / die in jhren Schrifften ſolche Bulſchafft für lauter Traume vnd Geſpenſt halten / vnd die Päbſtiſchen Ketzermeiſter vnnd Hexenbrenner / die die Leuthe hievon anders bere-

den / für Betrieger vnd verführer ſchelten / aber ich laſſe ſolches von kürtze wegen bleiben / ꝛc.

Hæc ille, quæ & iracundus auctor rectius tacuiſſet, ac videtur & ipſe vel manifeſtè calumniari, vel ignorantiã prodere, quem utpote latere non debuit, ſententiam hanc affirmantem non ſolos Inquiſitores, ſed etiam antiquos Patres, *D. Hieron. D. Auguſtin.* & alios eam amplecti, quod ipſi ex Delr. *d. lib.* 2. *q.* 15. diſcendum fuiſſet, qui ſententiam hanc optimè probat & ſimul explicat.

Et videtur Lerchemeierus *apud Dedekennum d. loc.* ſibi ipſi eſſe contrarius, inquit enim: Etwann nimbt er (Dæmon) einen Todten Leib an ſich / vom Galgen oder auß einer Schlacht / oder anders wo her / den tregt / regt / vnd braucht er / als wann er lebte / ſo lang als jhm gefelt / cujus rei exempla aliquot poſtea ſubiicit, ac concludit: in einem ſolchen angenommenen Mannes Leibe kan ſich der Satan mit den Hexē vermiſchē / was für luſt vnd lieblichkeit bey ſolcher Buhlſchafft ſey / iſt leicht zuerachten / &c.

&c. quid autem hoc aliud eſt, quam eandem cum *Inquiſitoribus* tueri ſententiam? Si Dæmones poſſunt defunctorum corpora aſſumere, illa pro libitu movere & calefacere, quomodo non etiam poſſent actum Venereum exercere, ac ſeminis aliundè accepti (v. g. in ea quæ ſomnianti viro contingit, illuſione) emiſſionem imitari?

Et ergo cum Dæmones hoc poſſint, & eos id facere doceat *experientia*, quid eſt quod amplius dubitemus? quid Inquiſitores fruſtra cavillamur? De experientia verò teſtantur locorum omnium acta de hac re iudiciaria: Et obſervavi ego ex Actis ſuperiori anno 1628. menſe Auguſto *facultati noſtræ à Comite quodam* transmiſſis memorabile hoc exemplum; Venefica quædam confitebatur, poſtquam primo die nuptiarum cum novo marito conſveviſſet, altera nocte Diabolum cum ipſa fuiſſe congreſſum, equidem adeò potenter, hette dermaſſen mit jhr gebuhlet/ ut verba propria referam, daß ſie zu jh-

res Manns beyſchlaffen keine luſt gehabt: quod rarum eſt exemplum.

Et quamvis alias communiter non *de magna voluptate*, ſed *horrore* potius fateantur Sagæ, attamen certum eſt, Dæmonem quandoq; ſi velit, corpus aſſumtum ita poſſe temperare, ne contactu timor, horror, aut aſpernatio, adferatur; de quo doctè *Delrio. d. lib. 2. q. 15. axiomate 3. ver. 3. argum. Semen quod Dæmon infundit* &c.

Et detinentur in his ſpurcitiis delectabiliter Lamiæ propter alia quæ conſequuntur ex communicatione cum Dæmonibus, & quia deceptor hominum Dæmon, id quod deficit de tẽperamenti vitalis qualitate, ſupplere poteſt aliis voluptuoſis ſpurcitiis: Quare quidam incubus Dæmoni in figura pulchræ fœminæ, quam Catherinam appellabat, captus, & igni ſtatim tradendus, ridens diu, interrogatus de riſus cauſa, dixit, ſe recordari de lenociniis & blanditiis ſuæ Catherinę (Dæmonis ſuccubi) ita refert Sylveſter *lib. 2. de ſtrigi Magis. c. 5. in fine.*

Atquin putant diſſentientes, ita in

ſom-

ſomniis mulierculas deludi à Diabolo, & poſtea errore opinionis huijuſmodi fateri.

Verum replicamus, credendum potius contra ſeipſas ipſarum mulierculárum confeſſioni, quæ huiuſmodi revera ſe cõmiſiſſe fatentur, ac cum iſta Dæmoni poſſibilia ſint, docente *Delr. d. lib. 2. q.* 15, inde præſumendæ ſunt non deluſæ donec deluſæ fuiſſe probentur, ſiquidem legitima confeſſio vera eſſe præſumitur; neq; hæc mulierculis ſomno depreſſis interna quadam imaginatione accidunt, ut illi volunt, ſed plerumq; certò & perſpicuè vigilantibus, de hoc ſiquidem inquirere judicum eſt.

Et concedamus licet aliquando hæc à Dæmone fieri per ſomnium illuſione, viciſſim concedendum erit, eadem quoq; vigilantibus ab ipſo fieri verè; ac per ſe inepta eſt illatio: *aliquando deluduntur in ſomniis: Ergo nunquam id verè contingit:* quomodo vitioſè ex particulari affirmativa univerſaliter infertur *ſemper falſo hæc contingere.*

Et in facto memini quandam venefi-
cam in eadem cuſtodia, cum alio quodã
Reo, ob crimen graſſationis ac furti in-
carcerato fuiſſe detentam, illa prima no-
cte incarcerationis cum Diabolo ſe cõ-
miſcuerat, id videnteac obſervante Reo;
cum poſtmodũ ex legitimis indiciis tor-
queretur, Diabolum in carcere ſibi ad-
fuiſſe, ſeq; cum illo rem habuiſſe confeſ-
ſa fuit, ac cum alter Reus de veritate hu-
ius confeſſionis interrogaretur, eam vo-
ce ſua confirmavit, Solches were deß
Morgens frůh geſchehen/ vnd hette er dar-
neben gehöret/ daß ſie den Buhlen/ welcher
ein ſchwartzer Kerll geweſen gefragt/ ob er
jhr auch davon helffen wolte/ vnd hette jhr
derſelbe ſolchs auch zugeſagt.

Atque ſimilia exempla iudicibus oc-
currunt tota die plurima, ac mihi ſuppe-
terent alia, quæ tamen in medium adfer-
re lectoris pudor prohibet, ac minus ne-
ceſſarium eſt.

Concludo igitur, ob wolln viel fanta-
ſeyen mit vnterlauffen/ vnd dieſe bezauber-
te/ vom Teuffel verblendte Leuth/ viel-
mahln

mahln betrogen oder falciniret werden / ſo ſind dannoch wegen des beharrlichen / vnruhlichen Gemüths / Siñ vnd willens halber / ſolche Hexen oder Zauberinen billich vnd von rechtswegen zuſtraffen. Confer quæ dixi *in q.præc.in fine.*

## Quæstio IV.

### *An nocturni Lamiarum ſeu Veneficarum conventus, reales ac veri ſint, ſeu potius imaginarii ac illuſorij?*

DIſputavi, de hac quæſtione in periculis meis Academicis, ac ibi iudicium meum temerè, quod ingenue profiteor, præcipitavi, nimirum potiſſimum deceptus auctoritate noſtrorum, *Alciati* & *Duarenii* quorum *Ille* narrat 8. *parerg.* 22. hæreticæ pravitatis, ut vocant, inquiſitorem quodam loco Lamias ſeu ſtriges inquiſiviſſe & ſupra centum flammis conſumpſiſſe, quotidieque ceu nova holocauſta, alias ſuper alias Vulcano obtuliſſe, *è quibus non pauca helleboro potius, quã*